

75

**Beati Gregorij pape Cap. I II III**

rapere contendit. Aliter que nec aliena appetunt nec sua largiunt. Aliter qui et ea que habent tribuunt sua. et aliena rapere non desistunt. Aliter discordes. Aliter pacati. Aliter seminantes iurgia. Aliter pacifici. Aliter admonendi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt. Aliter qui quidem recte intelligunt sed humiliter non loquuntur. Aliter qui cum predicare digne valeant. per humilitate nimia formidant. Aliter quos a predicatio impedit vel etas prohibet. et tamen precipitatio impellit. Aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur. Aliter qui quidem que mundi sunt percipiunt sed tamen aduersitatis labore fatigant. Aliter coniugis obligati. Aliter a coniugii nequitia liberi. Aliter amixtione carnis experti. Aliter ignorantes. Aliter qui peccata deplorant operum. Aliter qui cogitationum. Aliter qui commissa plangunt nec tamen de serunt. Aliter qui deserunt nec tamen plangunt. Aliter qui illicita que faciunt etiam laudant. Aliter qui accusant prava nec tamen deuitant. Aliter qui repentina concupiscentia supant. atque aliter qui in culpa et periculo ligantur. Aliter qui licet minima crebro tamen illicita faciunt. atque aliter qui se a peccatis custodiunt sed aliquando in grauius demergunt. Aliter qui bona nec inchoant. Aliter qui inchoata minime consumant. Aliter qui mala occulte agunt et bona publice. Aliter qui bona que faciunt abscondunt. et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt.

**De diuersi admonitionis modi de singulis sint ponendi: et de differenti modo admonendi viros atque mulieres. Cap. I.**

Ed quid utilitatis est quod cuncta hec enumeratione collecta transcurrunt. si non etiam admonitionis modos per singula quanta possumus breuitate pandamus. Aliter igitur sunt viri atque aliter femine. quia illis graua istis vero iniungenda sunt leuiora:

ut illos magna exercendo. istas autem lenis demulcendo couertant.

**De diuerso modo admonendi iuuenes atque senes. Cap. II.**

Aliter iuuenes atque aliter senes quia illos plerumque seueritas admonitionis ad protractum dirigit. istos vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. Scriptum quippe est. seniorum ne increpaueris sed obsecra ut patrem.

**De diuerso modo admonendi inopes atque locupletes. Cap. III.**

Aliter admonendi sunt inopes. atque aliter locupletes: illis namque offerre consolationis solatium contra tribulationem. istis vero inferre metum contra elationem debemus. Inopi quippe a domino per prophetam dicitur. Nolite timere quia non confundetis. Cui non longe post blandies dicit. Daupercula tempestate conuulsa. Rursusque hanc consolatur: vicem probam te in camino paupertatis. Et contra Paulum. discipulo de diuitibus dicit. Diuitibus huius seculi precipere non super sapere. neque sperare in incerto diuitiarum suarum. Ubi notandum est valde quod humilitatis doctor memoriam diuitum faciens. non ait roga sed precipere. quia et si impendenda est pietas infirmitati. honor tamen non debet elationi. Talibus ergo rectum est. quod dicitur tanto rectius iubet quanto et in rebus transitorijs altitudine cogitationis intumescunt. De his in euangelio dominus dicit. Ne vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Quia enim que sunt eterna gaudia. ne sciunt. ex presentis vite habundantia consolantur. Offerenda est ergo eis consolatio quos caminus paupertatis excoquit atque illis inferendus est timor quos consolatio glorie temporalis extollit: ut et illi discant quod diuitias quas non conspiciunt possidebunt et isti cognoscant quia eas quas concupiscunt

*Expl. admonitiones beatissimi Gregorij pape  
de omni statu etate 2p*